

14. Quod inferitur, si vir de licetia vxoris fecerit votū omnimodę castitatis, abstinēdi, nēpe, a petitione, & redditione, & seruādi omnino castitatē, posse vxorē ex iusta causa licitē irritare quoad redditionē, & abiq; iusta causa, validē, sed cū peccato. Quia adhuc domina manet corporis viri, atq; ita materia promissā: non posse autē quoad reliquos effectus. Vnde vir cui sic irritatū est votum, tenebitur nō petere, & soluto eo matrimonio, ab alio incedo abstinere, & si fornicetur, erit reus sacrilegij cōtra votū castitatis. Quia cū tantū habeat dominū corporis viri quoad obligationē, quā habet vir reddendi, quod licetia vouendi concessa minimē amittit, non autem quoad ceteros castitatis actus, ad quos votū obligat, non poterit irritare nisi quoad illū solum actū. Nec illi actus castitatis, promissa castitate, vouetur per modum vnius. Cū commodē diuidi possint. Quod constat ex. c. quidam, & c. placet, de conuersio. coniugat. vbi deciditur coniugem, qui inscio altero coniuge vouit solemniter castitatem in religione, validē vuisse quoad non petendum, & abstinendū ab alio matrimonio, quod erat in sua potestate: non autē quoad non reddendum, & Doctores, quos. n. 2. fin. retuli, dicentes vxorē irritasse illud votū viri, admittunt irritationē quoad partē obligationis illius voti. Insuper probatur, nā qui voto castitatis factō transit ad nuptias, tenetur reddere, at nec potest petere, nec aliud matrimonium eo soluto inire, et si fornicetur, reus erit sacrilegij (vt probauimus disp. 33. n. 5. & it.) ergo ea obligatio est diuisibilis.

15. Nonō inferitur, si cōiuges qui mutuo cōsensu vouerunt castitatē, iterū sibi ius in corpus concedāt, & renunciationem iuris remittāt (quo casu diximus disp. 40. n. 2. 2. posse virū irritare votū illud castitatis vxoris) minimē posse vxorem votum illud viri irritare. Quia quoad reddendum, in quo vxor est domina, nō indiget irritatione. Cū statim teneantur coniuges sibi reddere (vt dixi disp. 37. n. 15.) Quoad alios autem actus ad quos votum illud obligat, nequit vxor irritare. Vt probauimus, num. precedenti. At cetera vota communi consensu facta, quae aliās possēt vxor irritare facta sine licentia, eō quod sibi praeiudicant, de quibus respectu potestatis viri ad irritandum, diximus disp. 40. nu. 22. & docuimus posse virū irritare, praeter illa, quae sunt mutandi statum: dicendum est posse

vxorem in viro irritare, non quidem omnia, sicut potest vir: sed sola quae sibi praeiudicant. Quia illa licentia concessa adhuc vxor manet domina materiae, nec sibi fuit aliqua renunciatio iuris irritandi: & licet durante illo mutuo castitatis voto nequeat irritare ea vota, quae debito coniugali persoluendo aduersabantur. Eō quod ius illud renunciat. Iā tamen illud per mutua illam remissionem est recuperatum. Quid autē, si medio illo tempore quo votum castitatis mutuo consensu factū obligabat, vir promiserat magnas abstinentias, quae debito coniugali persoluendo obstare quae vota. n. 10. diximus non posse irritari ab vxore: an in laurato matrimonio facta illa noua corporū traditione, possit vxor irritare? Credo minimē posse perficere irritare. Quoniam cū vir esset sui iuris quoad debitum reddendum, poterat in dependēter vota illi obstantia emittere: atq; ita vxor ex cuius cōsensu minimē pendebant, non poterit irritare: sed reputabuntur tanquam facta ante matrimonium, quae suspēdi posse ab vxore, dicemus. n. 18. At vir ea omnia facta ab vxore poterit irritare, non ratione dominij in materia, sed ratione gubernationis voluntatis, etiamsi non in lauretur matrimonium: nec illa noua traditio fiat, vt diximus. n. 10.

16. Decimō inferitur, posse vxorem subsequenter, vota à marito facta tēpore prioris matrimonij, priori vxori praeiudicantia quoad debitum, & cohabitationē, perficere irritare, ita vt nunquam reuiuiscant, si facta sint sine prioris vxoris licetia. Quia ea pendebant à voluntate prioris vxoris tanquam domina illius materiae, in cuius locum, & potestatem succedit posterior vxor. Sicut de viro successore respectu vniuersorum votorum dixi disp. precedenti. n. 3.

17. Imō id poterit, quāuis de licentia prioris vxoris, aut mutuo consensu facta sint, omnia enim illa, quae non obstante eo consensu poterat prior vxor irritare: iuxta dicta, nu. 13. & 14. poterit subsequens vxor, vt pote quae in eandem potestatem succedit irritare: si ad ista iusta causa, licetē, illa deficiēt, illicite, sed validē, vt de viro successore respectu omnium votorum, dixi disp. precedenti. n. 17. 18. & 20. & poterit ad libitum suspendere, vt ibi dixi de viro. n. 16.

18. Vltimō inferitur, vota ante matrimonium facta, in non posse vxorem perficere irritare,

ita

ita vt soluto matrimonio non reuiuiscat: at posse suspendere illorum executionē, si dānum sibi inferant, & proinde tunc nō obligabunt, donec soluat matrimonium. Sicut de viro respectu omnium votorum vxoris, diximus disp. 39. n. 23. & 39. & (vt ibi diximus, vxore cōcedente postea licetia, tenebitur vir ad vota, vt potē quae nō extingua, sed suspēsa duntaxat erant. Cū enim vxor non habeat perfectum, & absolutum dominium illius materiae, erat enim

ante subiectionem Deo consecrata, sed secundum quid, inde est, vt nequeat perfectē irritare, sed solum suspendere. Iuxta doctrinam quā tradidimus. d. disp. 39. nu. 24. Atq; huius sententiae videntur Anton. c. scripturae, de voto. nu. 3. & ibi Abbas. nu. 8. Anchar. n. 14. Rosella votum. 2. n. 10. vbi aiunt neutrum coniugem teneri vota exequi alio contradicente.

Ad argumentum. n. r. propositum, constat ex dictis. n. 2. in secunda ratione.

DISPUTATIO QUADRAGESIMATERTIA.

Vtrum censetur vir irritare vota vxoris, vel vxor viri, & generaliter superior inferioris, cum conscius voti, dicit se nolle vt subditus id, quod vouit, faciat: vel praecipit oppositum Vt si vxor de licentia viri fecerat votum non petendi, nec reddendi, & vir petat debitum? Et quando superior ignorat votum, sit ei derogandum?

SVMMARIVM.

1. Rationū ratio dubitandi. n. 1.
Non est irritatio voti, vbi superior illius ignarus: prohibet executionem, aut licentiam ad exequendum denegat: & ita ad hoc votum ligabit, nu. 2.

2. An sufficiat petere licentiam ad implendum promissam tacito voto, vt pro tunc excusetur subditus ab implendo? Res. vt opinio. n. 3.

3. Subditus volens rem, quā implere nequit absque licentia, tenetur petere licentiam ad implendum. n. 4.

4. Quid, si materia tempore voti erat permissa, & post prohibetur? nu. 5.

5. Quid, si subditus ignorabat rem esse vetitam, vel desiderari licentiam ad implendum illud votum? nu. 6.

6. Non tenetur subditus volens rem, quam absque superioris licentia exequi nequit, explicare votum superioris, vt pro tunc excusetur, nu. 7.

7. An si superior voti ignarus denegat licentiam ad tempus, vel in perpetuum, teneatur subditus iterum illam petere: vel maneat liber à voti obligatione? nu. 8.

8. Quando votum est in temporis honorem, an si superior inscius voti prohibeat eo tempore materiam, sit subditus omnino liber, ita vt superior iterum concedenti licentiam, non teneatur ad votum: nec teneatur illud manifestare superioris? nu. 9.

Quando censetur voti irritatio, superiorem conscius voti prohibere materiam, vel non concedere licentiam ad exequendum, vel oppositum praecipere? nu. 10.
Soluuuntur argumenta, nu. 11.

Videtur non esse irritatio, quādo superior voti conscius contradicit, dicens se nolle, vt subditus impleat. Quia Num. 30. post sciētiam, & contradictionem, ponitur irritatio, ibi. Sin autem audiens vir statim contradixerit, & irritas fecerit sollicitationes. Nō ergo sunt idem, scire superiorē, contradicereq; & irritare. Secundo, quia haec verba, Nolo vt facias, à superiore prolata, sunt ambigua, possuntq; commodē, & propriē accipi, vel de voti suspensione, vel de eiusdem irritatione. Ergo dum amplius non constat de superioris mente, accipienda sunt, vt solum suspendant. Cū enim votum sit in obligandi possessione, ea priusdum nō est in dubio. Et confirmatur, quia superior quē finem intendent, nempe, ne subditus exequatur, cōparat, siue irriter, siue suspendat.

Prima conclusio. Non est irritatio voti, vbi superior illius ignarus prohibet materiam promissam, aut petita licentiam ad exequendum denegat. Cōstat, quia irritare votū est actus iurisdictionis, & consequenter nō est actus vbi non est volitus, quod con-

tin.

tingit in tali materia prohibitione. Cum enim voluntas ferri nequeat in obiectum incognitum, non vult votum penitus ignoratum irritare. Atque ita docent Caic. 2. 2. q. 88. art. 8. dnbio. 2. §. ad obiectum vero: & sum. verb. votum. c. de quatuor conditionibus, ex parte vouentis requisitis. §. imperfectio autem ætatis. Armil. verb. votum. n. 7. Sotus lib. 7. de iust. q. 3. ar. 1. col. 8. ver. at vero rursus. Nau. sum. c. 12. n. 69. Alco. sum. c. 16. vbi de voti irratione in genere, concludit. fol. 54. fin. Angl. flor. 2. p. q. devoto, ar. 7. difficul. 3. Arag. 2. 2. q. 88. ar. 8. difficul. 1. cõcl. 3. Valen. 2. 2. disp. 6. q. 6. de voto, pun. 2. 6. q. 2. Man. 2. tom. sum. c. 89. nu. 3. Ludo. Lop. 1. p. instr. c. 48. §. vota religioforum, Graf. 1. p. decisio. lib. 2. c. 29. n. 7.

3 Sed dubitabis, num sufficiat petere licentiam à superiore votum exequendi, eo tacito, ut superiore negante licentiam, voti tamè ignaro, censetur pro tunc votum suspensum, atque adeo subditus ab impletione excusetur? Quidam censent id non sufficere, sed teneri subditum detegere votum superioris, petereque ab eo licentiam illud exequendi, vbi sine licentia impleri nequit. Vt si religiosus, aut vxor peregrinationem voueat. Quia tenetur petere licentiam ut votum illud exequatur, & quantum in se est, ad id operam adhibere. Ergo tenetur ad hoc mediū, quod est certius. Nam facilius superior voti conficiens licentiam concedet, quàm fortè negaret illius ignarus. Sic tenent Caiet. sum. verb. votum. c. de conditionibus quatuor ex parte vouentis. §. imperfectio autem ætatis. Sotus, Armil. Angles difficul. 2. allegati. n. præcedenti, & hoc dicit esse tutius, idè Caiet. 2. 2. q. 88. ar. 8. dnbio. 2. fine, atque hoc esse regulariter amplectendū. Idè tenet Graf. 1. p. decisio. lib. 2. c. 27. n. 2. & dicit esse consultius, Ludo. Lop. 1. p. instr. c. 48. §. vtrum quando, & appellant tutius, illud sequentes, Valentia, Aragon concludit. 1. quos. n. præcedenti retuli.

4 Secunda cõclusio fit. Subditus emittens votum, rei quam absque superioris licentia exequi nequit, tenetur ex vi eiusdem voti, antequam sit in mora illud implendi, petere à superiore licentiam exequendi rem promissam, nisi voti irrationem petat, & in hac cõclusionem conuenimus cum sententiâ allegata. n. præcedenti, & vltra Doctores ibi relatos, eam tenent Manuel. 2. tomo sum. c. 89. n. 3. Vega. 2. tomo sum. c. 129. ca. su. 90. Idem videtur tenere Sylu. votum 2. q. 3. dicto. §. afferens subditum teneri fa-

tere quod in se est, ut impleat votum rei prohibita: & consonat, quod docent Paul. 4. d. 3. 8. q. 4. art. 2. concludit. 3. nu. 21. D. Anto. 2. p. tit. 1. c. 2. §. 6. ver. primò ergo, Sylu. votum. 3. q. 1. n. nimirum, Episcopum promittentē ingredi religiose, quod sine Pontificis licentia exequi non potest, teneri petere ab eo licentiam exequendi. Et probatur, quia cum votum illud impleri nequeat absque superioris licentia, vanū, & irritum esset, nisi obligaret ad eam licentiam postulandam. Deinde, quia obligans se ad aliquem finem, subinde obligat se ad eam sine quibus finis ille comparari nequit, ne vana sit ea promissio.

5 Temperant aliqui cõclusionem (& bene) si materia esset prohibita, nec absque licentia posset mandari executioni, tempore quo votum factum est: secus quando tunc erat permissa, nec opus erat licentia ad exequendum, & postea superior prohibet, ut si religiosus, aut vxor voueat ieiunium, aut preces aliquas, & mox superior, aut vir voti ignarus prohibet, tunc enim subditus non tenetur ex vi voti petere licentiam, licet prohibito non specialiter dirigatur ad ipsum, ut si dicat petat, Nolo ut aliquis ieiunet me inconsulto. Ratio est, quia votum non obligat vltra vouentis intentionem, tacitam, aut expressam, at nec tacita, nec expressa vouentis intentio fuit, obligandi se ad petendam eam licentiam, ut pote quæ necessaria minime erat. Quare excusabitur subditus ab eo voto implendo, durante subiectione illi superiori, & prohibitione: reuultisset autem obligatio cessante subiectione illi superiori, aut cessante prohibitione. Quia votum illud non erat irritatum: iuxta dicta. nu. 3. sed suspensum. Sic Arag. 2. 2. q. 88. ar. 8. difficul. 1. concludit. 3. & aliquantulum confusè dicit Manuel. 2. tom. sum. cap. 89. num. 3. & Vega. 2. tomo sum. c. 129. casu. 90. qui duo bene limitant, nisi quando subditus vouens, intenderet se obligare non obstanti prohibitione futura prelati: tunc enim ea secuta, tenetur petere licentiam, sicut diximus. nu. præcedenti teneri, quando prohibito præcedit votum. Quia cum tunc votum non possit impleri secuta prohibitione, nisi petita licentia, vouens quia in eo euentu voluit se voto astringere, conuenienter voluit medium necessarium, quale est licentiam petere.

6 Hinc sequitur temperanda similiter esse cõclusionem, ut eum tempore voti commissi materia erat prohibita tenetur sub-

ditus

ditus petere licentiam: si subditus norat rem illam esse prohibitam, vel non posse absque licentia impleri: si enim id ignorabat, non tenetur petere licentiam. Quia cum voluntas non feratur in obiectum incognitum, non fuit tunc intentio etiam tacita obligandi se ad petendam licentiam. Imò (ut bene docent Arag. & Vega. n. præcedenti allegati, & Manuel. 2. tomo sum. c. 89. n. 2.) id votum non obligat, si taliter affectus esset subditus, ut si nosset prohibitionem, minime vouisset. Quia ignorantia, & error voluntatem auferunt. I. si per errorem. ff. de iurisd. omn. iudic. Quando autem eum affectum non habuit, ligabitur voti, at non tenebitur subditus licentiam petere, ob rationem dictam: sed cessante potestate illius superioris, aut prohibitione ad illud implendum tenebitur.

7 Tertia cõclusio. Quævis ut votum verè irritatum maneat, desideretur notitia voti in superiore irritantis: ut tamen non extingatur, sed suspensa maneat obligatio voti, & excusetur subditus ab eius impletione, dum sibi denegatur licentia implendi, & durat prohibitio, satis est ut tacito voto petat subditus licentiam implendi, eaque minime sibi concedatur: nec tenetur votum manifestare superiori, quod facultatem exequendi tribuat. Hæc est contra Doctores allegatos, nu. 3. sed probatur, quia vouens solum obligatur ad implendam conditionem includam in voto, & qua posita manet integrè, & validum totum votum. Id enim duntaxat virtute clauditur in voluntate promittendi: sed hanc satis implet petendo licentiam, tacito voto. Quia conditio subintellecta in voto ea est, si superior permississet. Ergo ad nil amplius tenetur. Et confirmatur, quia vouens non tenetur efficere totum, quod in se est, quod votum implet, sed id solum ad quod saltem tacite, & virtute se astringit per votum. At vouens rem prohibitam, non subinde se obligavit ad detegendum superiori votum, sed duntaxat ad petendam exequendi licentiam. Quod vel ex eo constat, quia in voluntate promittendi non includitur virtute voluntas obligandi se ad omne mediū conferens vt res promissa sit apta materia voti, sed ad media cõmunia, & natura sua sufficientia ad id, quale est petere licentiam, etiam tacito voto. Et ideo hanc sententiã tenent Caiet. 2. 2. q. 88. ar. 8. dnbio. 2. §. ad hoc dicitur. Naua. sum. c. 12. nu. 69. Canus quem refert dicens hoc esse probabile, Lu-

do. Lopez. 1. p. instr. c. 48. §. vtrum quando. Et communiter Neoterici hanc partem sequuntur.

8 Quarta cõclusio. Subditus qui vouit rem ad quam explendam desideratur licentia superioris, & semel petiit, estque sibi denegata, tenetur quando prudentia iudicabit, iterum petere, aut manifestare votum quod irritetur. Quia cum votum illud superiori incognitum, adhuc semel negata licentia vim obligandi habeat, ut pote quod non irritatum, sed suspensum duntaxat erat: obligabit ad petendam iterum implendam licentiam, quando prudentia dictauerit tempus esse opportunum. Quia obligatio petendi licentiam extenditur ad tantum tempus, ad quantum se extendit obligatio illius voti, vnde cum hæc duret, durabit & illa. Sic Caieta. summa verb. votum c. de quatuor conditionibus requisitis ex parte vouentis. §. imperfectio autem ætatis. Armilla. verb. votum. num. 7. Vnde si licentia non fuit denegata in perpetuum, sed pro termino certo, eo transacto tenebitur iterum petere. Quod si aliquis prælati, aut superioris omnino & simpliciter negaret illi subditum licentiam, dicens se nolle ut inquam impleat: Dicunt aliqui Neoterici, non teneri eum amplius petere licentiam ab eo, vel à superiore successore. Ducuntur, quia non videtur illum teneri nisi ad petendam semel licentiam pro toto tempore, quo votum obligat, id enim satis est ut illa materia promissa sit apta voto emittendo. Item, quia cum materia sit prohibita absolute, & omnino, non obligat amplius votum, non quidem per ipsius irrationem, hæc enim non est nisi voto cognito, sed per subtractionem materie. Sed cum Caietan. & Armilla proxime citatis, dicentibus absque hac distinctione esse iterum petendam licentiam, sentio. Quia cum ea prohibito superioris, non sit per modum constitutionis, nõ est perpetua, sed cessante illius superioris potestate, eius mandatum extinguitur, ut bene docent Syluest. verb. mandatum, questio. 3. sine. Aragon. 2. 2. questio. 88. artic. 8. difficultate. 1. conclusio. 3. Quare votum, quod tantum suspensum erat, reuiuifcet finita ea subiectione, vnde sicut nulla alia subiectione succedente, obligabit statim votum, ita succedenti alio superiori, obligabit ad iterum petendam licentiam. Quia in vtroque euentu cessat impedimentum. Et confirmatur, quia

illa

illa prohibitio est temporalis tantum, nepe, pro tempore subiectionis illi superiori: & obligatio petendi licentiam, durat, dum voti obligatio non est extincta. Constat autem in hoc casu non esse extinctam obligationem. Quia eo superiori concedenti licentiam, rursus votum obligabit. Tandem, quia non est verum satis esse femel petere licentiam, vt materia illa promissa, sit apta voto emittendo, cum enim votum femel negata licentia vim obligandi retineat, subinde obligabit, vt curetur iterum petita licentia, cessante impedimento illo, materiam fieri aptam.

9 Id tamen monerim. Quoties tota hac disputatione dixi petendam esse iterum licentiam, votumque cessante prohibitione reuiviscere: id accipiendum esse, nisi votum sit in honorem temporis, cuiusque onus. Tunc enim transacto tempore obligationis, extinguitur omnino votum, non per irritationem: sed quia eius obligatio erat tempore illa annexa. V. g. vouit vxor ieiunare Vigilia Coeporis Christi, cu vir prohibuerit antea ieiunium, vel vouit peregrinationem Romanam anno sancto Iubilei, petiuit licentiam tacito voto, eamque vir denegauit, non tenetur ea die ieiunare, nec illo anno peregrinari, si duret adhuc matrimonium, nec iterum petere licentiam. Quia denegata est pro toto tempore obligationis, & transacto eo tempore iam extinctum est votum. At ea non fuit irritatio, quae ab ignorante nunquam efficitur (vt dixi nu. 2.) quare si intra eandem diem, cum possit adhuc ieiunari, vel intra eundem annum, remanente sufficienti temporis spatio ad peregrinationem illam commodè peragendam, vir concederet licentiam, obligabit votum. Quod secus esset, si per irritationem esset extinctum.

10 Tandem videndum est, quando prohibitio materiae facta per superiorem, voti subditi consensu, ac memorem, sit irritatio, quando vel suspensio. Quia in re sic distinguendum arbitror. Si prohibitio illa materiae fuit in perpetuum, qualis est, Noluit vnquam facias: esse manifesta irritatio. Quia nullo modo sortiri possit suum effectum voluntas illa, nisi votum irritato. Si enim esset sola suspensio, cessante superioris illius potestate reuivisceret obligatio. Imò idè aio, si sic diceret superior, Noluit facias. Quia cu oratio negatiua abiq; temporis limitatione sit, coprehendit omne tempus: iuxta regulam Logicam, negatio est malignae naturae, quae quicquid

post se inuenit, destruit. Itè, quia vota subditi habet tacitam conditionem, si sint de rebus licitis, ipsis, nisi superior contradixerit: si autem de prohibitis, si superior licentiam concesserit (vt de mète. D. Thomae explicat bene Cai. 2. 2. q. 88. art. 8. dubio. 1. què reliqui Theologi sequuntur. Sed in casu praesenti, quando superior voti conficius, ac memor, dicit subdito, se nolle vt impleat, cessat prorsus conditio subintellecta in voto, & ex certa scientia superioris potèstis irritare. Ergo verè irritat. Deinde, quia idè colligitur ex. c. 30. Num. ibi. *Sin autè statim vt au dierit, contradixerit pater, & vota & iuramenta eius irrita erunt.* Vbi sola contraditio reputatur irritatio voti. Et huius sententiæ videtur Caiet. sum. verb. votu. c. de conditionibus quatuor ex parte vouentis requisitis. 5. imperfectio autè ætatis: & ibi Arm. n. 7. vbi hæc dicunt. *Quando subditus fecit votu de prohibitis, & manifestat superiori irritu si illi placet, tenetur exequi, si non placet, irritu est votu.* At satis indicat superior dispensentiam, dicens subdito, se nolle vt faciat. Et clarius Armilla eo. verb. votu. n. 12. vbi hæc ait. *Sat est voluntas irritandi, & volentis votu valere. Vt si vir dicat vxori, Nolo vt facias tale quod vouisti, statim votum non valet.* At quando superior non ita absolute explicuit suam voluntatem: vt si ita dicat. *Nolo vt pro nunc facias: quod vulgo dicimus, Deax lo por aora: non videtur irritatio voti, sed suspensio.* Quia irritatio non est ad tempus, sed in perpetuum cessat obligationem. Deinde, quia potest finis intètus obtineri, nepe, vt ille pro tunc excusetur à voti impletionem, & superior præcipiens non peccet, suspendendo duntaxat votu. Quare verba illa, si aliquantulum dubia sint, interpretanda sunt in voti fauorem, vt illud quam minimè fieri possit, laedant. Ne in dubio priuere possessione obligandi, in qua est. Vnde fit vt in hoc euentu, si votum illud non sit onus temporis, teneatur subditus eo tempore transacto, aut votum implere, si fit de re permilla: aut petere licentiam ad implendum, si de re prohibita sit. Si autem sit onus temporis, non tenebitur, nisi intra tempus implendi, superior licentiam concedat, iuxta dictam. præcedenti. Quod si superior factu ipso veniat contra votu subditi, quod irritare potest, memor voti illius, aut si immemor, ad monitus, & actu illo momentaneo frangi debeat à subdito parète precepto superioris, cesset pro illa sola vice irritare, si votum habeat

tra dum successiuum, vt si vir fecerat copiam vxori vouendi omnimodam castitatem, quoad petitionem, & redditionem, & mox voti memor, debitum petat, non est irritatio absoluta voti illius, sed pro illa vice, & melius adhuc dicitur esse suspensionem voti, & ita illa vice vxor reddens non peccabit, siue vir peccarit suspendendo, aut irritando quia desuit causa, siue non peccarit (vt diximus disp. 36. n. 7.) Dixi autè potius esse suspensionem. Quia suspendendo, cõsequitur vir suum intentum, nempe, vt mulier ei reddat absq; peccato: & minus laeditur obligatio voti. Quia si esset irritatio, statim ac vir petijt debitum, non obligaret votum, licet vir desisteret: at si est suspensio, obligaret vtique. Sed dices, quorsum esse licentiam illam vouendi omnimodam castitatem, etiam quoad redditionem, si quoties vir petit debitum, censetur irritare, aut suspendere votum pro illa vice: & sic vxor tenetur reddere?

Die deseruire ad hoc, nam data ea licentia, non est viro integrum absq; causa iusta petere, & ita reuocare votum pro illa vice, sed peccabit mortaliter, quauis factum teneat (vt diximus disp. 40. nu. 17.) quod secus esset, vbi abique sua licentia factum esset.

Ad argumenta nu. 1. proposita, respondetur. Ad primum dic illud verbum, & *irritas feceris promissiones*: declarare verbu præcedens, *contradixerit*, quasi dicat Scriptura sacra, esse irritationem, si vir contradicat: & ita paulo ante dixerat, *Sin autem contradixerit pater, vota, & iuramenta irrita erunt.* Ad secundum & confirm. constat ex dictis, num. præcedenti, vbi enim est sola materiae prohibitio ad tempus, verba sunt ambigua, & obtinetur intentum suspendendo: & ita est sola suspensio: vbi autem prohibitio est absoluta, secus est (vt ibi explieui) & idè est irritatio.

DISPUTATIO QUADRAGESIMA QUARTA.

Vtrum delectationes morosæ in actu coniugali cogitatio tanquam praesentia, quando alter coniug est absens, aut non est animus habendi copulam, tactus, aspectus, cõfabulationes turpes inter coniugatos, secluso pollutionis periculo, licita sint. Quauis ob impotentiam, vel aliquod impedimentum, non liceat illis actui coniugali vacare?

SUMMARIUM.

9 Tot quaestiones sunt disputanda. n. 1.
An extra actum coniugalem, liceat coniugibus delectari in illo, tanquam praesenti cogitatio? Refertur quadam opinio. n. 2.
Non est mortale sic delectari. n. 3.
Quid, si adsit commotio, & alteratio in parte sensitiva? n. 4.
Est culpa venialis, nu. 5.
Quid, si coniug in copula dirigit cogitationem ad aliam feminam? remissio. n. 6.
Soluuntur argumenta. n. 7.
Tactus licet coniugibus, quando referuntur ad copulam, secluso periculo pollutionis. n. 8. & ibi, idem, quando ad vitandam fornicationem.
Si intendatur maior voluptas in copula, sunt culpa venialis. nu. 9.
Secula & amplexus non relata ad copulam, sed tanquam amoris indicia, sunt coniugibus licita, nu. 10.

Quid, si nullo modo tactus referantur ad copulam? Refertur opinio. n. 11.
Adhuc non sunt culpa letalis, sed venialis, nisi ad vitandum in se, vel in alio fornicationem. n. 12.
Quid, de aspectibus, & verbis turpibus inter coniuges? nu. 13.
Quid, si vir intronitiat mēbrū in os feminae, vel in vas praeposteru, non animo ibi cõsummandi, vel cõgat mēbro superficiem illius vasis? Remissio. n. 14. & ibi, remissio, quādo in loco sacro, vel coram alijs.
Quid, de coniuge semetipsum tangente? Refertur quadam opinio. n. 15.
Sententia auctoribus. n. 16.
Quid, si se tangat, sciens fore vt praeueniat semen femininum, vel femina que nondum seminaret, se tactu pronocet, vbi vir membrum extraxit? Remissio. n. 17.
Soluuntur argumenta. n. 18.
An quando ratione impedimenti non est licita, nu. 19.

ius actus coniugalis, licent delectationes,
& tactus? Refertur duplex sententia, num.
19. & 20.

Licitia iure, quoribus ab extrinsecis, & per acci-
dens, ut ob periculum salutis, abortus, vel
ob aliam causam que ex se copulam non pro-
hibeat, illa est illicita, nu. 21.

Quid, ubi impotentia superuenit matrimonio?
nu. 22.

Quid, quando ratione affinitatis, aut cognati-
onis interdicta est copula? nu. 23.

Quid, si alter, aut vterque coniux vouerit se non
petiturum? nu. 26.

Quid, si alter, aut vterque coniux vouerit se non
petiturum? nu. 26.

Solutio vtriusque argumenti, num. 27.

Solutio vtriusque argumenti, num. 27.

Hic tenemus egimus de actu ipso
coniugali, quando licet, necne.
De morosis delectationibus,
adibus, aspectibus, turpibusque
confabulationibus inter coniuges, agen-
dum est. Et in presenti disputatione, qua-
do non est pollutionis periculum: in se-
quenti vero, ubi id periculum reperitur.
Triplex, ergo inuoluitur questio hic dis-
putanda. Prima de delectationibus moro-
sis inter coniuges. Secunda de tactibus, af-
fectibus, confabulationibusque turpibus
inter ipsos. Tertia de omnibus his inter
ipsos, quando impediti sunt ne coire possint.

Questio prima. Vtrum liceat coniugi-
bus morose delectari seculo pollutionis
periculo, in copula cogitata tanquam pre-
senti, dum absentes sunt, aut eo tempore,
& in loco, in quo copulam exercere non
possunt? Aliqui censent esse culpam non
talem. Ducuntur, quia delectatio venerea
non intenta, ob bonum prolis, nec in ip-
sum relata, omnibus interdicitur sub cul-
pa lethali. Et confirmatur, quia ea delecta-
tio est quasi incepta seminis effusio, ad il-
lamque, tendit: cum ipsam comitetur mem-
brorum generationi inferuentium com-
motio. Hæc autem est lethalis extra copu-
lam coniugalem. Secundo, quia de simili-
bus id est iudicium, & idem iuris in illis ob-
tinet, c. 2. de translat. Episcopi, ver. sicut
autem Episcopus: ubi glossa, verb. id est iuris,
adducit alios textus concordantes. At in vi-
dua ea delectatio est mortalis: ergo & in
coniuge: ubi non est opportunitas, & vo-
luntas copulæ habendæ. Eadē enim est ra-

tio, cum neutri delectatio in copulam licita
tam referatur. Sic docent Sylu. verb. delecta-
tio, q. 2. Navar. c. si cui, de penit. d. 1. n.
6. & summa, c. 16. num. 10. Petrus de Soto
(quamuis subobscurus, nec explicans esse
mortale) lib. de instit. sacerdot. tractatu de
discrimine peccatorum, lectione. 9. §. pen-
ultimo; Corduba lib. 1. quaestio narij. q.
23. dubio. 12. sine, Ludouicus Lopez. 1. p.
instru. c. 75. §. hinc perspicuum. Manuel
Rodriguez tomo. 1. summa in secunda edi-
tione cap. 21. 2. nu. vltimo, & Nider sum-
ma, præcepto. 9. c. 4. dubio. 5. Philareus
de officio sacerdotis, tomo. 1. p. 2. lib. 4. c.
18. Emmanuel Sa sum. verb. luxuria, ver. de-
lectatio de peccato, Vega. 1. tomo sum-
ma, c. 81. casu. 2. sine. Addit Syluest. idem
esse, quando coniux, qui sic delectatur, non
habet animum accedendi ad coniugem.
Quia eadem militat ratio. At fatetur licita
esse delectationem, quæ est in volunta-
te, dummodo non transeat ad partem sen-
sitivam. Et Navar. & Corduba dicunt idē
esse, siue ea delectatio morosa sit de copu-
la habita, siue de habenda, cogitata quasi
presenti.

At multo verius est non esse culpam le-
thalem. Primo, quia consensus in delecta-
tionem nequit grauior esse culpa, quam
consensus in actum de quo capitur. Tunc
D. Aug. lib. 12. de Trinit. cap. 12. tom. 3. Et
constat, nam talis est delectatio, quale ob-
iectum, ut docet Arist. lib. 10. Ethicorum
cap. 4. & 5. sed copula, de qua est ea de-
lectatio, est licita inter coniuges. Ergo ex
hac parte non est culpabilis delectatio.
Quod si desideretur de bitus finis talis de-
lectationis, nempe, bonum prolis per copu-
lam coniugalem intentum: defectus fini-
nis debiti solum culpam venialem consti-
tuit (ut diximus disp. 8. num. 8.) Non ergo
est culpa lethalis. Secundo, quia sicut
matrimonium efficit ne tactus extra copu-
lam, & ad illam non relati, sint culpa letha-
lis (ut dicemus numer. 12.) sed sola venia-
lis, defectu legitimi finis: ita idem effi-
ciet circa delectationem sensitivam copu-
læ cogitatæ presentis. Quia eadem est
ratio. Tandem, quia D. Chrysost. homi. 17.
in Marthæum, in ea verba, qui viderit
mulierem: admittit licitum esse delectari af-
fectu vxoris presentis, etiã absq; animo
copulæ habendæ. Ergo non erit mortale
delectari cogitatione vxoris absentis. Cui
enim vtrobiq; delectatio ad copulam non
referatur, quæ sola posset esse ratio culpæ

letha-

lethalis: nil refert presentem, absentem
vix esse vxorem. Et id est huius sententiæ vi-
detur aperte. D. Tho. q. 15. de malo, art. 2.
ad. 17. ubi absolute ait non esse mortalem
hanc delectationem in coniugatis, sicut
nec ipsam actum: quamuis non explicat,
an in absentia. Tenentq; expressè Palud.
4. d. 9. q. 3. art. 1. nu. 7. Gerson. 2. p. 1. rad. de
pollutione diurna, notabili. 7. alphabeto
38. litera D. Caiet. summa, verb. delecta-
tio morosa, §. secundum, an delectatio, ver. si
tertio quod vir: & 1. 2. q. 74. art. 8. circa so-
lutionem ad. 4. D. Anton. 2. par. tit. 5. cap.
1. §. 6. sine. Rosella, verb. delectatio, nu. 3.
ubi Armilla, num. 4. Tabiena, verb. cogita-
tio morosa, sine, & verb. luxuriosus, q. 8. §.
9. Viguierus lib. instit. cap. 3. §. 5. ver. sic. 5.
ad finem. Nieua summa tit. 105. ad finem.
Metina. 1. 2. quaestio. 74. artic. 8. statim in
principio: & ibi Zumel disput. 4. dubio. 3.
ad finem, & ibi Vasquez disput. 113. nu.
2. & 3. & communiter Neoterici.

Idem asserendum est, quamuis ex ea de-
lectatione confurgeret membri pudendi
commotio, & alteratio, absq; pollutionis
periculo. Non enim esset culpa lethalis, cõ-
sensu in illam. Quia matrimonium exclu-
dit à culpa mortali delectationem sensitivam
partis, subinde de quoq; excusat commo-
tionem illam naturaliter ex ipsa conflurgit
tem. Ita Vasquez. d. disp. 113. n. 4.

Est autē culpa venialis, consensus in ea
delectationem. Quia caret debito fine, ad
quem actus coniugalis à natura ipsa diri-
gitur. Vt explicui. nu. 3. & ita sentiunt Pa-
lud. n. 6. Caiet. in summa, Metina, Zumel,
Vasquez. 1. 3. ibidem citati.

Qualis autem culpa sit, dum coniux in
copula cogitationem dingit in aliam femi-
nam: dixi disp. 17. n. 6.

Ad argumenta. n. 2. proposita respon-
detur. Ad primū dicantecedes esse verū,
ubi nō adest matrimonium eam delectatio-
nem venereā à culpa mortali excusans, vel
illa capitur in cogitatione concubitus nō
coniugalis cogitati. Ad confirm. dic ordi-
nari ad coitum cum proprio coniuge, &
seminis emissionē intra legitimum vas: atq;
id sufficiens esse, ne sit mortalis culpa, quā-
uis tunc copula non possit haberi. Ad se-
cundum disparitas est manifesta. Quia vi-
dua est tunc prohibitus coitus, & subin-
de delectatio sensitiva cogitationis illius:
& deficit matrimonium, quod vtrūq; excu-
sat. Quæ secus se habent in coniugatis.

Questio secunda. An tactus, aspectus,

& verba turpia inter coniuges, licita sint,
seculo pollutionis periculo? Aliquæ con-
clusiones sunt certiores. Prima conclusio
sit. Quando tactus non queruntur prop-
ter voluptatem, sed ad præparandum se
ad copulam coniugalem, vacant culpa. Quia
licitum est iuuare naturam ad actum con-
cessum: ordinanturq; in finem naturæ ipsa
tactibus destinatum, & ob quem in ipsis
voluptatem constituit. Atque ita fatentur
Palud. 4. d. 3. 1. quaest. 3. ar. 2. nu. 17. ubi Ma-
ioris. q. vnica, argumento contra. 6. con-
clusionem. Supplementum Gabrielis ibi.
vnica, ar. 3. dubio. 2. D. Anton. 3. p. tit.
1. c. 20. §. 6. Syluest. verb. debitum, q. 9. n.
7. ubi Rosell. n. 11. Arm. n. 8. Caiet. summa
verb. matrimonium. c. vltimo. §. vltim. Vi-
ctoria summa, de mat. n. 274. Sotus. 4. d.
3. 1. q. vnica. art. 4. fin. Graffis. 1. p. de cõsilio.
lib. 2. cap. 82. num. 21. Petrus de Ledesma
de iurim. quaest. 149. art. 6. sine. Idem di-
cendum est, si coniux his tactibus vtatur
ad sedandam carnis tentationem, vitan-
damque fornicationem in se, vel in socio.
Quia finis est bonus, & ad ipsum ordina-
tur matrimonium. Sic Palud. D. Anto. Ro-
sella, Sylu. ibidem.

Secunda conclusio. Si tactus illi referan-
tur ad maiorem voluptatem in ipsa copu-
la captandam, sunt culpa venialis. Quia &
copula ipsa coniugalis ob eum finem exer-
citur, venialis est (ut dixi disp. 11. nu. 4.) Sic
Palud. D. Ant. Sylu. Sotus, Petrus de Le-
desma citati. n. præcedenti.

Tertia conclusio. Si in osculis, & ample-
xibus nullus alius finis in edatur, quā mu-
tui amoris indicia sibi ipsis coniuges præ-
bere, nulla est culpa. Quia huiusmodi tactus
ad id quoq; à natura instituti sunt. Sic
Sotus, Petrus de Ledesma, Graffis. n. 8. al-
legati. Et constat, quia sponsus de futuro
sunt sic liciti, ut d. sp. 46. n. 51. dicam.

Punctus autē difficultatis eō pertinet,
an tactus inter coniuges ob solam volup-
tatem in ipsis captandam, absq; animo per-
ueniendi ad copulam, sint mortale pecca-
tum? Afirmant quidam. Quoniam omnis
actus venereus non relatus ad copulam,
est mortalis. Sic docent D. Ant. Syluest.
citati, num. 8. Margarita confessorum. 6.
præcepto, folio. 88. casu. 7. Humada super
1. 2. tit. 1. par. 1. glossa. 2. numer. 18. & Sylu.
id tribuit Paludano: sed immerito, quia Pa-
lud. nu. 8. relatus loquitur quando est pol-
lutionis periculum. Et hos tactus quando
valde sunt in iudicio, & enormes, esse mor-
tales,

tales asserit Alexander in suo Enchiridio, præcepto. 6. ubi de tactibus impudicis. §. si in propria.

12 At proculdubio dicendum est, solâ esse culpam venialem. Quia voluptas illa venerea non queritur extra matrimonium, sed in actu suapte natura ordinato ad matrimonij actum. Quare sicut matrimonij excusat actum copulæ inter coniuges à culpa lethali, ita similiter excusabit tactus illos; & sola manebit culpa venialis indebiti finis (vt de morosa delectatione dicebâ, num. 3.) atq; ita docent Rosella, verb. debitum, num. 12. vbi Ang. num. 26. Armilla, num. 8. & verb. impudicitia. n. 3. Caiet. 2. 2. q. 154. art. 4. §. in responsione ad. 2. & summa, verb. impudicitia, & verb. matrimonium. c. ultimo. §. ultimo. Abulenſis cap. 5. Matth. q. 197. Victoria, Sotus, Graffus citati, numer. 8. Metna lib. 5. de factorum hominum continentia. c. 77. Bartholom. à Ledesma de matrim. dubio. 28. fin. Vasquez. 1. 2. q. 74. art. 8. disp. 113. nu. 3. & 4. Nieua summa cit. 87. & 90. Manuel. 1. 1. tomo summa. 2. editione. c. 249. numer. 9. Vivaldus candelabro sacramentorum. 1. p. de matrim. nu. 260. Et idem docent alij generaliter, & indistincte tactus inter coniuges à lethali culpa excusantes, quoties non àdest pollutionis periculum. Hi sunt, Ledesma. 2. par. 4. q. 51. art. 6. propositione. 8. Quandus. 4. d. 31. quæst. vnica, propositione. 3. Angles floribus. 1. p. de matrim. q. 5. de bonis illius, in fine. Metna lib. 1. summa. c. 4. §. 18. Emmanuel Sa summa verb. luxuria. §. oscula, & tactus. Quando autem non voluptas, sed evitatio fornicationis intenditur: diximus. n. 8.

13 Ex dictis inferitur, idem dicendum esse de aspectibus, verbisq; tactibus inter coniuges absq; pollutionis periculo. Nûquâ enim sunt peccata mortalia, sed erunt venialia, si ad voluptatem, licita autem, si ad prouocandum se ad copulam referantur. Sicut de tactibus diximus. Quia eadê est ratio: & matrimonium omnes has delicias excusât à mortali.

14 Qui autem dicendû sit de tactu, quo cõiuu membrû virile in os femine, aut in vas præposterum intromittit, vel superficie illius vasis tangit, nõ animo ibi cõsummandi: dixi disp. 17. nu. 4. & 7. De tactibus autê in loco publico, seu coram alijs, dixi disp. 15. n. 2. In loco autê sacro, dixi eadem disp. 15. n. 15. & sequentibus.

15 Maior autê difficultas est, si coniugatus

se ipsum tangat propter voluptatê captandam absq; pollutionis periculo? Nam aliqui censent esse culpam lethalem. Quoniã naturam tactibus prouocare, nec est actus coniugalis, cû minimè fiat cum coniuge, nec ad finem coniugij referatur: vt supponimus, non enim fit quò cõiuu ad copulã se præparet. Quare nullo modo reduci potest ad coniugium, vt à mortali excusetur. Citantur pro hac sententia. D. Anto. Syl. Margarita confessorum relati, num. 8. sed non loquuntur expressè de tactu, quo se ipsum coniugis tangit: sed de omnibus tactibus inter coniuges, quos generaliter mortales reputant, quoties non ordinantur ad copulam, vt retuli. n. 11. & reprobam. n. 12. At expressè eam tenent Armilla, verb. impudicitia, num. 3. Vasquez. 1. 2. q. 74. artic. 8. disp. 113. nu. 4. Qui addit non esse mortale, quando fieret etiam absente cõiuge, intentione coeundi cum illo, qui proximè venturus speratur. Imò id ad finem generationis referatur, nec esse culpam veniale.

16 Ceterû probabilius mihi est, solum esse culpã veniale. Quia cû tactus ille suapte natura indifferens sit, ad copulã coniugale, vel licitã, possitq; ad vnã, vel alterã referri, nec ex intentione tangens se, à sua natura, & ab hoc ordine distrahatur, vt ad copulã illicitam ordinetur: non est cur de culpa lethali danandus sit. Sicut nec morosa delectatio copulæ cû cõiuge absente tribuitur culpã mortali: eò quòd referri potest suapte natura ad copulã coniugale, licet actû nõ dirigatur. Nec dici potest eũ tactũ nõ esse actum coniugis, quia nõ habetur cum coniuge. Quoniã vt actus coniugis sit, non desideratur eũ cum coniuge fieri, sed satis est vt ad coniugium presens suapte natura ordinari possit, nec ab hæc natura ex intentione illo vtrius deuiet. Et fauent huic sententia Palud. 4. d. 31. q. 3. ar. 2. nu. 17. & Ludo. Lopez. 1. p. instr. c. 87. fine, vbi dicunt esse mortalem huiusmodi tactum, quando adest pollutionis periculum: & ita extra hunc casum non videtur damnare de mortali.

17 Vtrû autem sit mortale, quando vir se tangit, vt citius femina semen effundat: dixi disp. 17. nu. 10. Et quid, quando extracto membro virili, femina quæ viro seminante non dum feminatur, se tangit, quòd seminet. Dixi eadem disp. 17. nu. 12.

18 Ad argumeta respõdeatur. Ad propositũ nu. 11. respõdi. nu. 7. in solutione ad. 1. Ad propositum. n. 15. constat ex dictis. nu. 16.

Quæ-

19 Quæstio tertia. An liceant delectationes morosæ, & tactus coniugatis, quando ob aliquod impedimentum eis nõ licet actum coniugalem exercere? Abulenſis. c. 5. Matthei. q. 197. docet generaliter tactus inter coniuges esse mortales, quando actus coniugalis propter magnam deordinationem talis esset. Et potest probari. Quoniã talis est delectatio, quale obiectum (vt probauimus num. 3.) at tunc accessus ad coniugem est culpa lethalis.

20 Alij autê docti vetererici censent licere cõiugibus delectationem partis sensitivæ de cõiuu cogitatã captã, etiam si illis nec petere, nec reddere liceat, quia mirò cõsensus votum castitatis emisere: vel quia alter legitime professus est, ad sacrosve ordines promotus: De tactibus autem distinguunt, dicuntq; minimè licere tactus venditorum, partiumve illis vicinarum, nisi dum coniugi licet reddere, & exiguntur. Quia ij tactus reputantur, vt vnũ moraliter cûm vsu matrimonij. At ceteros tactus aiunt licere. Ducuntur, quoniã cûm adhuc permanceat matrimonium, & copula sit solum illicita ob extrinsecam voti circumstantiam, non subinde illicita erit delectatio, & tactus. Hac enim ratione hæc licent, interdicitã copulã ob circumstantiam periculi morbi, aut abortus extrinsecam. Secundò, quia ob id licet delectari in carniem esu in quadragesima, cûm nõquam liceat in re ab intrinseco mala. Quia ab illo, vt potest qui ratione solius extrinsecæ prohibitionis excusatus est illicitus, potest præsentidã malitia: ab hac vero, cûm ab intrinseca rei natura malitia habeat, separari nequit. At vsus illius matrimonij nõ est ab intrinseco prohibitus, sed ratione circumstantiæ extrinsecæ voti. Ergo licet in illo delectari.

21 Prima tamen conclusio sit. Quoties copula interdicitur coniugibus ob circumstantiam extrinsecam, quæ per se neutrum coniugem arceat ab vsu matrimonij, licita est talis delectatio appetitus sensitivi de copula cogitata, vt præsentidã liciti sunt etiã tactus, eo pacto quo licitũ essent secluso impedimento. Vt si illicita sit copula propter notabile salutaris, aborsusve periculum, aut simile causam. Probatum, quia tũc suapte natura est licitus vsus matrimonij, & ab extrinseco prohibetur ratione charitatis, aut pietatis obligantium præcauti damnum coniugis, aut prolis: his autem virtutibus non aduersantur ea delectatio, & tactus. Quandoquidem ex illis simile damnũ non

timetur. Ergo hæc non sunt prohibita. Et cõfirmatur, quia matrimonium non tantum excusât à culpa cõsum, sed etiam morosam delectationem, & tactus non relata ad copulam excusât à mortali. (vt diximus nu. 3. & nu. 12.) Ergo cûm impedimento illi solius copulæ vsus opponatur, solus ille reddetur illicitus. Tandem, quia in loco publico coniuges misceri, nefas est: nemo tamen damnabit delectationem internam sensitivam ibi habitam de copula cõiugali cogitata. Quia nõ aduersatur honestati naturalis, ratione cuius copula est illicita. Vnde fit in eo euentu tactus, & delectationem non esse mortalia secluso pollutionis periculo: at delectationem esse veniale, quia caret debito fine. Tactus autem esse veniales, si ob delectationem habeantur: licitos autem, si ad conciliandum amorem, vitandamve incontinentiam, fiant. Vt de illis diximus num. 35. 8. 10. & 12. quando nõ adest id impedimentum.

12 Hinc inferitur, idem asserendũ esse, quoties est physicum impedimentum ad copulam. Vt si impotentia coeundi superueniat matrimonio cõtracto. Quia eadẽ rationes militant. Et id probauimus disp. 17. nu. 6. 23 Secunda conclusio. Idem dicendum est, quando concubitus est interdicitus ratione alicuius præcepti Ecclesiæ: vt si concubitus cõtractus aſtinetatem, cognationemve cum altero coniuge, ratione cuius arceatur à debiti petitione: vel si vterq; similiter eã cõtractit. Ratio est, quia adhuc impedimentum est extrinsecum, & arcens à copula in penam delicti admisi: vt probauimus disp. 30. nu. 1. Cûm ergo res sit pœnalis, non est extendenda ad delectationem, & tactus, vt similiter illa prohibeat.

24 Tertia conclusio. Quoties cõiugis interdicitur debiti petentio, eò quòd sit dubius de valore matrimonij, est peccatũ mortale delectatio partis sensitivæ de copula cogitata. Quia matrimonium eam delectationem coherens, est dubium, ac proinde dubia etiã erit honestas illius delectationis: Nec aliunde in possessionis præponderat, sicut nec ad debiti petitionem. Nec licebit etiam prædicta appetitus sensitivi delectatio de actu redditionis debiti cogitata, sub conditione, si petatur: secus de actu complacentiæ, & gaudij in voluntate. Nam quauis liceat reddere debitum posita ea conditione, si petatur. At sicut eã nõ dum posita minimè licet copula, ita nec delectatio sensitiva. Sicut soluto fas est in

voluntate concipere delectationem, aut gaudium de accessu ad mulierem, si esset sua, non tamen in appetitu sensitivo. Quia delectatio in hoc consurgens oritur ex vehementi commotione spirituum vitalium subseruientium generationi: & proinde est quasi inchoatio coitus presentis, qui illicitus est: cum conditio minimè adsit. Deinde, quia actiones appetitus sensitivi non feruntur in objecta sub conditione aliqua, sed absolute. Illa enim spectant, ut proponuntur ab imaginatiua, quæ nequit conditionem apponere: aut præsciendere rationem communem à particulari. Atque ita delectatur appetitus sensitivus de illo actu independenter à conditione. Quod bene explicat Caietan. in 1. 2. opusculi. tit. 14. de delectatione morosa, dubio primo. Similiter tactus in his sunt mortales, nisi habeantur in gratiam alterius coniugalis tacti, vel expresse petentis debitum. Tunc enim spectant ad redditionem debiti. Et constat ex eadem ratione. Sed obijciens, Sicut dubius de matrimonio valore, caret iure iustitiæ, ad petendum: ita qui contraxit affinitatem, ad cognationem cum coniuge & vtrique, fas est reddere. Ergo vel vtrique, permilla sunt delectatio illa, & tactus: vel neutri. Sed dic, illum priuari eo iure ab intrinseco, & ex natura rei, propter dubium de matrimonio honestatis actum valore: hunc verò ab extrinseca Ecclesiæ prohibitione in admisi delicti penam. Quæ extendenda minimè est ultra terminos, in quibus loquitur. Ut explicuimus numero præcedenti.

25 Quarta conclusio. Mihi est multò probabilius contra sententiam num. 20. relata, quando ratione voti non licet coniugi petere, nec reddere, nullo modo esse licitam delectationem partis sensitivæ, aut tactus, sed culpam esse lethalem aduersus votum. Quando autem sola debiti petitiō interdicatur ratione voti, dicendum etiam est, minimè licere prædictam delectationem partis sensitivæ, etiam de redditione concepta sub conditione, si petatur: secus de gaudio, & delectatione voluntatis, sub ea conditione & similiter non licere tactus nisi ad expressam, vel tacitam alterius petitionem: sed omnia hæc esse peccata lethalia contra votum. Sicut explicui nu. præcedenti. Ducor quoniam vouens absolute castitatem, tenetur in quantum potest abstinere ab omnibus illis, quæ castitati ad-

uerantur, solumque illi permittitur id ad quod lex iustitiæ matrimonij obligat, nempe reddere debitum, quando solus ipse vouit: sed firmata lege matrimonij potest abstinere ab illa delectatione, & à tactibus dum non petuntur. Ergo tenetur. Et confirmatur, quia si vouisset se ab ea delectatione, & tactibus abstinere, nisi ad alterius coniugis petitionem, teneretur vtrique, cum votum sit de re honesta, & sibi licita. At vouens absolute castitatem, promittit abstinentiam ab his. Ut bene docet Vazquez 1. 2. q. 74. art. 8. disput. 112. num. 10. Quod inde constat, quia hæc aduersarij potestati. Et ita si solutus vouens castitatem delectetur morose in re venerea, vel libidinosa tactus habeat, est reus voti. Secundo, quoniam longè disparatio est de aliarum rerum delectatione, quæ ex circumstantia extrinseca sunt, maiore: ut quando actus coniugalis est malus ob fatuum periculum, vel ratione loci publici, aut affinitatis contractæ. Quia illa delectatio vel tactus non opponuntur illi circumstantiæ extrinseca. At his directè opponuntur voto extrinseco. Quod obligat ad abstinendum ab omnibus venereis, & consequenter ab his. Tandem, quia hi licent coniugibus carere tactus, necesse est. Neoterici illi num. 20. relati id negant de impudicis. Cum ex se permisi illis sint secluso pollutionis periculo, & solù ratione extrinseci voti prohibeantur, sicut & alij tactus. Nec verum est reputari idem moraliter cum copula. Nam omnibus coniugibus effectus impotentibus post matrimonium, vel affinitatem, vel cognationem, vel ubi est periculum notabile salutis, vel abortus, licent ij tactus: ut probauimus nu. 21. 22. & 23. Cum tamen copula ipsa minimè liceat.

Ultima conclusio. Si alter, vel vterque, coniux vouisset solum se non petiturum debitum, omnia hæc illis licerent. Quia nõ aduerantur illi voto, quod solum interdicat debiti petitionem: & ex alia parte sunt ex sua natura illis licita ratione matrimonij.

Ad argumentum propositum num. 19. dic talem esse delectationem, quale est obiectum secundum se, sed intrinseco secus quando ab extrinseca circumstantia malitiam habet, cui circumstantiæ delectatio nõ aduersatur. Quod contingit hic, ut explicuimus nu. 25. Ad primū argumentum, ut propositis nu. 20. constat ex dictis nu. 21. 22. & 23. Quia in casu periculi morbi, aut affinitatis contractæ, delectatio, & tactus

minimè opponuntur circumstantiæ extrinseca: ob quam redditur vitiosa copula coniugalis: secus in casu voti. Ad secundum dic maiorem propositionem esse veram, quando delectatio illa rei malæ ab extrin-

seco, nullam aliam malitiã haberet, quàm redundantem ex ipsa obiectione malitiæ. Quod hic non contingit: est enim mala, propter specialem illius voti extrinseci obligationem, cui directè aduersatur.

DISP. QUADRAGESIMA QUINTA.

Vtrum coniugibus liceat delectationes morosæ, tactus, aspectus, verba turpia, cū pollutionis præuisæ, sed non intentæ periculo? Et generaliter quando pollutionis periculum efficiat nouam culpam mortalem, vel talem, quæ antea mortalis minimè erat?

SVMMARIVM.

1. Vot sunt quæstiones disparanda. num. 1.
 2. Pollutio, & distillatio qualiter differant, & in quo illa cognoscatur? Et remissus, cur nunquam liceat procurare seminis expulsiōnem? Et quid, si illud corruptum sit? Et quid de permissioe fluxus? Et quid, de procuratione distillationis? num. 2.
 3. Ad malitiam pollutionis, vel effectus præter voluntatem contingenti, nil refert siue in somno, siue in vigilia accidat. num. 3.
 4. Vacat culpa dare operam causæ aliis licita, necesse est, vel viri, quannus præuideatur fore, ut pollutio subsequatur? num. 4.
 5. Quid, si causa illa sit mortalis ob circumstantiã extrinsecam? num. 5.
 6. Quid, si sit periculum consensus, & quando id contingat: & num ob causam vrgentẽ liceat ei se periculo exponere? num. 6.
 7. Quid, si ex equitatione sequatur pollutio? num. 7.
 8. Quid, si ex tactu etiam partium verendarũ necessario sequatur: ut factio ad medendũ, vel ex amplexu licito? num. 8.
 9. Quid, si ex refrigeratione partium verendarũ ad sedandum prurium, vel ex mundatione lanuginis, aut sanguinis menstrui? num. 9.
 10. An liceat cum periculo pollutionis auferre impedimenta virtutis generantia? num. 10.
 11. An sit culpa lethalis, non vitare causam in qua præuidetur pollutio, ubi deficit necessitas, aut vtilitas illius causæ? Refertur triplex sententia. nu. 11. 12. & 13.
 12. Duplex est causa, ex qua potest subsequi pollutio. num. 14.
 13. Tenuis est obligatio vitandi pollutionem, quæ præter intentionem sequitur. num. 15.
 14. Solum est mortale non vitare causam pollutionis præuisæ, quando causa est turpis, & per se, ac ex natura sua tendit ad pollutionem, nec vrget necessitas. num. 16.

Quannus extra genus luxuria sit causa mortalis, ut in genere gule, non est mortalis pollutio in ea præuisa. num. 17.
 Quid, si causa illa mortalis pertineat ad luxuriam ratione solius finis? num. 18.
 Quid, si causa ad luxuriam pertinet, sit tantum venialis? num. 19.
 Quid, si sentiatur vehemens commotio in perseverantia in re turpi veniali? num. 20.
 Quid, si res leuiter turpis, sit mortalis ratione desiderij fornicandi? num. 21.
 An sit veniale contra castitatẽ, quando vel causa est illicita, non tamen est per se causa: vel est licita, at desideratur necesse est? num. 22.
 An omnis actus mortaliter turpis, siue in eo præuideatur pollutio, siue non, habeat specialem pollutionis malitiam? num. 23.
 Inter solutos solus actus alius mortaliter turpis habet specialem pollutionis in eo præuisæ malitiam? num. 24. Si quis negarij se habeat, aut tepidè resistat vehemẽti delectationi venereæ, præuidens pollutionis periculum, peccat mortaliter ratione illius? num. 25.
 Causa alius licita, notabiliter influenti ad pollutionem, est peccatum lethale vacare, ubi non excusat causa vrgens. num. 26.
 Qualiter intelligatur talem esse pollutionem indirectè voluntam, qualem causam? num. 27.
 Pollutio hæc an sit vere peccatum distinctæ malitiæ, à mulieris causæ? num. 28.
 An vacet culpa pollutio subsequens penitentiã causæ datæ? num. 29.
 An sit necesse fateri pollutionem, vel fati sit causam? num. 30.
 Reprobantur dicentes fieri posse, ut ebrietatis, somnive tempore, gratia perdat. num. 31.
 An sit peccatum mortale dare causam notabilis distillationis? num. 32.
 Soluntur argumenta. num. 33.
 Post n. 33. inuenies summaria quæ desiderat.